

Teil A: Übersetzung

Ein Beweis für Ciceros Beteiligung an Caesars Ermordung?

In der zweiten philippischen Rede wendet sich Cicero in scharfer Weise gegenüber der Öffentlichkeit gegen den Vorwurf des Marcus Antonius, er sei an der Ermordung Caesars beteiligt gewesen.

At quem ad modum me coarguerit homo acutus¹, recordamini! „Caesare interfecto“, inquit, „statim cruentum pugionem alte extollens Brutus nomen Ciceronis exclamavit atque ei recuperatam libertatem est gratulatus².“ Cur mihi potissimum? Quia sciebam? Vide, ne³ illa fuerit causa appellandi mei, quod,
5 cum rem gessisset similem rebus iis, quas ipse gesseram, me potissimum testatus est⁴ se aemulum mearum laudium⁵ exstitisse.

Tu autem, omnium stultissime, non intellegis, si id, quod me arguis, voluisse interfici Caesarem, crimen sit, etiam laetatum esse morte Caesaris crimen esse? Quid enim interest inter suasorem facti et probatorem? Aut quid refert, utrum
10 voluerim hoc fieri an gaudeam hoc factum esse? Ecquis est igitur exceptis iis, qui illum regnare gaudebant, qui illud aut fieri noluerit aut factum improbaverit? Omnes ergo in culpa. Etenim omnes boni, quantum in ipsis fuit⁶, Caesarem occidere studuerunt; aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit, voluntas nemini.

15 Sed stuporem⁷ hominis vel dicam pecudis attendite. Sic enim dixit: „Brutus, quem ego honoris causa nomino, cruentum pugionem tenens Ciceronem exclamavit; ex quo intellegi debet eum conscium fuisse.“ Ergo ego sceleratus appellor a te, quem suspicatum esse aliquid suspicaris; ille, qui stillantem prae se pugionem tulit, is a te honoris causa nominatur? E-dormi crapulam, inquam,
20 et exhala!

Cave cogitationemque sobrii hominis paulisper suscipe!

-
- (1) *acutus*: scharfsinnig (hier ironisch auf Antonius bezogen)
(2) *gratulari (alicui aliquid)*: jem. zu etwas beglückwünschen
(3) *vide, ne...* (hier:): Es ist doch wohl so, dass...
(4) *testari alqm (+ Acl)*: jem. als Zeugen dafür aufrufen, dass...
(5) *laudes*: Ruhmestaten
(6) *quantum in ipsis fuit*: soweit es in ihrer Macht stand
(7) *stupor*: Dummheit

Aufgaben (Teil B) auf der nächsten Seite!

Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Korrigieren Sie auf der Basis Ihrer altsprachlichen Kenntnisse jeweils mit kurzer Begründung die journalistischen „Fehlleistungen“ in den folgenden Originalauszügen aus Pressetexten: (4 BE)

- a) „Erst 2000 konnte der Regisseur in der Nähe von Prag sein Opus Magnus beginnen.“
- b) „Trotzdem ist es eher selten, dass ein Programmierer von der Muße geküsst wird.“
- c) „Getreu dem lateinischen Motto ‚De mortui nil nisi bene‘ hätten die Boulevardjournalisten lieber schweigen sollen.“
- d) „Hersteller arbeiten oft mit anderen Prüfverfahren und messen minimalste Veränderungen der Haut.“

2. Nennen Sie die deutschen Entsprechungen der folgenden latinisierten Volks- bzw. Kinderliedtitel: (3 BE)

- a) Adsunt iam aviculae.
- b) Quare dormis, o Iacobe?
- c) Trans silvam simiae properant.

3. Entnehmen Sie dem folgenden Beginn einer lateinischen Reisebeschreibung der heutigen Zeit nach eigener Wahl vier wesentliche Informationen über die Reise und geben Sie jeweils die lateinischen Belegstellen an: (4 BE)

Graeciam petituri ibique per duas hebdomades integras aedificia monumenta artificia historica inuisuri et intuituri die dominico Paschatis circiter (matutinam) horam septimam in aream principali stationi ferrioviariae Saravipontanae proxime adiacentem duodetriginta numero ductu Caroli Varnerii Müller, professoris philologiae classicae, confluximus coenautocinetum consensuri eodemque ad aeriportum Monacensem vecturi indeque aeroplano avolaturi.

4. *Omnes Academiae Vivarii novi sodales atque discipuli*
[...]

*amicis familiaribusque cunctis
omnia bona felicia fausta
ominantur optant ... (precari);
praeterea ut iniens annus
pacem humanitatem caritatem
huic ... (noster) terrarum orbi
bellis immanitate odiis
afflicto ac furenti
afferat foveat provehat
omnibus animi viribus et affectibus
augurantur auspicantur exorant.*

- a) Geben Sie den Schreibanlass dieser als E-Mail von der lebendiges Latein fördernden römischen *Accademia Vivarium novum* versandten Zeilen an!
- b) Vervollständigen Sie den Text unter Verwendung der in runden Klammern in ihrer Grundform aufgeführten Wörter inhaltlich passend und grammatikalisch korrekt!

(4 BE)

Bene eveniat!